



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

6. Christi genealogia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

## CAP. 6. Genealogia CHRISTI.

SANCTVM IESV CHRISTI  
EVANGELIVM SECVNDVM  
MATTHAEVM.

S. MATTH.

S. LUC.

S. IOHANNES.

## CAPVT 1.



GENERATIONIS IESU CHRISTI filij  
Dauid, filij Abraham.  
Abraham genuit Isaac.  
Isaac autem genuit Iacob.  
Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.  
Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.  
Phares autem genuit Efron.  
Efron autem genuit Aram.  
Aram autem genuit Aminadab.  
Aminadab autem genuit Naasson.  
Naasson autem genuit Salmon.  
Salmon autem genuit Booz de Rahab.  
Booz autem genuit Obed ex Ruth.  
Obed autem genuit Iesse.  
Iesse autem genuit Dauid regem.  
Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.  
Salomon autem genuit Roboam.  
Roboam autem genuit Abiam.  
Abia autem genuit Asa.  
Asa autem genuit Iosaphat.  
Iosaphat autem genuit Ioram.  
Ioram autem genuit Oziam.  
Ozias autem genuit Ioatham.  
Ioatham autem genuit Achaz.  
Achaz autem genuit Ezechiam.  
Ezechias autem genuit Manassen.  
Manasses autem genuit Amon.  
Amon autem genuit Iosiam.  
Iosias autem genuit Iechoniam.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>choniam &amp; fratres eius in transmigra-                      tione Babylonis. Et post transmigra-                      tionem Babylonis, Iechonias genuit                      Salathiel. Salathiel autem genuit Zo-                      robabel. Zorobabel autem genuit Abiud.                      Abiud autem genuit Eliachim. Eli-                      chim autem genuit Azor. Azor autem                      genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim.                      Achim autem genuit Eliud. Eliud au-                      tem genuit Eleazar. Eleazar autem ge-                      nuit Mathan. Mathan autem genuit Ia-                      cob. Iacob autem genuit Ioseph virum                      Mariæ, de qua natus est Iesus qui vo-                      catur Christus. Omnes itaque gene-                      rationes ab Abraham vsque ad Dauid,                      generationes quatuordecim. &amp; à Da-                      uid vsque ad transmigrationem Baby-                      lonis, generationes quatuordecim. &amp;                      à transmigratione Babylonis vsque ad                      Christum, generationes quatuor-                      decim. *7.</p>			

CAP. 7. Ioseph per quietem admonetur ab Angelo, ne Mariam conjugem suam  
 è Spiritu sancto gravidam repudiet. Matth. Cap. I. \* 6.

S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.		
<p>CHRISTI autem generatio sic                      erat. Cum esset desponsata mater                      eius Maria Ioseph, antequam                      conuenirent, inuenta est in utero                      habens de Spiritu sancto. Ioseph autem                      vir eius cum esset iustus, &amp; nollet eam                      traducere: voluit occultè dimittere                      eam. Hæc autem eo cogitante, ecce an-                      gelus Domini apparuit in somnis ei, di-                      cens, Ioseph fili Dauid, noli timere ac-                      cipere Mariam conjugem tuam. quod                      enim in ea natum est, de Spiritu Sancto                      est.</p>				